18 2082

Terribus simpliciter absq corporali Iuramento taxat firmi roboratæ atq ad Acta Officij præsentis Feria Quinta post Dominicam Lætare Quadrag[e]simæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo per oblatam porrectæ. Altera vero Intercisa itidem inter se ab Vtrinq de data Ibidem hic Præmysliæ die duodecima Junij Anno non pridem præterito videlicet Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo nuper transacto confecta conscriptæ manibus sui ab Vtrinque subscriptæ et Actis Officij præsentis cum interpositione Vadij summæ Quinque Millium florenorum polon. et damnorum Terrestrium simpliciter absq quovis Iuramento corporali taxan. roborattæ earumq Inscriptionibus roboratorijs omnibusq et singulis tam ipsarum Intercisarum quam et earum Inscriptionum Roboratoriarum Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio, damnis Terrestribus, ligamentis et nexibus generaliter Vniversis ob præstitam sibi Recognoscentibus in omnibus ab Vtrinq plenariam et sufficientem satisfactionem quietant. Et Intercisas easdem Vtrasq tum earum Inscriptiones roboratorias cum omnibus illorum contentis in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant præsentibus sibi suisq posteris ratione præmissorum omnium perpetuum imponendo silentium. Et emittunt, dimittunt liberosq et absolutos perpetuo pronunciant.

Drogocka Capneum Sanocensem Quietat.

196

Comparens personaliter coram Officio Actisq præsentibus Castren. Capitan. Præmyslien. Generosa Alexandra de Kopystno olim Generosi Stanislai Drogocki consors legitima derelicta Vidua sana mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus, recedendo præsenti vero Castren. Capitan. Præmyslien. Iurisdictioni quo ad Actum

hunc attinet, se cum successoribus bonisq suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa Magnificum Georgium Vandalinum de magna Konczyce Mniszek Sanocensis Szczerzecensis Debonecensis [?] Capitaneum eiusq posteros de summis bonis et quidem prima Tredecem Millium florenorum polonicalium altera vero summa Quinq Millium florenorum polonicalium per eundem suprascriptum Magnificum Capitaneum Sanocensem, sibi Recognoscenti modo simplicis debiti coram Actis officij praesentis inscriptis et super bonis eius progrijs et haereditarijs ad soluendum assecuratis tum et de ijsdem ipsis Inscriptionibus debitorijs Vtrisq Castrensis Premysliensis ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti praestitam esse in omnibus satisfactionem summarumq suprascriptarum Vtrarumq realem et effectiuam persolutionem tum et quibusuis alijs Intereisis et scriptis manualibus eorumq roborationibusq omnibusq et singulis tam Inscriptionum praefatarum debitorearum, quam et quarumuis Intereisarum et scriptorum manualium # roborationum conditionibus quietat emittit dimittit liberumq et absolutum perpetuo pronunciat. Inscriptiones easdem debitoreas Vtrasq tum et Intereisas ac scripta quaeuis manualia cum eorum roborationibus in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat praesentibus sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

X

Capitaneus Sanocensis atq Drodocka mutuo Rbnt.

196

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitanealis Premysliensis Magnificus Georgius Vandalinus de Magna Konczyce Mniszek Sanocensis Szczerzecensis Debowiecensis Capitaneus ab Vna, et Generosa Alexandra

eorumque